de ordine fratrum minorum
Gerardus nomine, qui eidem
Cunrado in opere predicacionis
per aliquot annos devote mini-
straverat. Cui ut ajunt cum par-
cere vellent occisores et ille a ma-
gistro suo separari non posset
glutino caritatis corpori ejus
adherens simul cum illo periit. (Trin. Abbas)
Et quia in tanta vita sua se
amaverant, in morte non sunt
separati, in uno loco occisi et
in uno loco sepulti, hoc est
in basilica beate Elyzabeth.
Hijs breviter insertis, ad pleni-
orem horum, que dicenda sunt,
cognicionem ad seriem historie
revertamur.

de Lützelkolbe vgl. Ann. Worm.

cũm

[Caput quintum.] Trin. Abbas C. ... (dann Cäsarius ...)

Cumque beata et venerabi-
lis virgo Elyzabeth ad nubiles
annos pervenisset, contra cor-
dis sui desiderium, nobilissimo
principi Ludewico Lantgravio
desponsata est et matrimonio
juncta. Erat autem idem Lude-
wicus adolescens mire probi-
tatis virtutibus ornatus vicio-
rum hostis et quod in tali ~~per-
sona~~ etate et persona laica
valde commendandum est, deum
timens, sicut in ejus judiciis et
actibus experte declaratum est.
Nam in tota terra principatus
sui tantam pacem fecerat

>mēd